Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36522
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

A quo auctore pontificalis ordo adoleuit in seclo. Intuitu quidem sacerdotii aaron fuit. quaqua melchisedech prior obtulerit sacrificium. et post hunc abraha. ysaac et iacob. Sed ista spontanea uoluntate non sacerdotali auctoritate ista fecerit. ceterum aaron primus in lege sacerdotale nomen accepit primusque pontificali stola induitur uictimas obtulit iubente domino moysi. Accipe inquit aaron et filios eius. et applicabis eos ad hostium tabernaculi testimonii. Cumque lauerit patrem cum filiis aque indues aaron uestimentis suis. id est linea tunica et super humerali et rationali quod constringes baltheo et pones thyaram in capite eius. et lamina sancta super thyaram et oleum unctionis fundes super caput eius atque hoc ritu consecrabitur. Filios quoque applicabis et indues tunicis lineis. cingesque baltheo aaron sublimes et liberos eius. et impones eis mitras eruntque sacerdotes mei religione perpetua. Quo loco contemplari oportet aaron summum sacerdotem id est christum fuisse nam filios eius pbros figura premonstrasse. fuerunt enim filii aaron et ipsi sacerdotes quibus merito astare debuisset leuite sicut summo sacerdoti. et hoc fuit uti aaron summum sacerdotem. et uti filios eius de aaron. quia et ipsi erant sacerdotes quod aaron super tunicam accipiebat poderem et stolam sanctam. et coronam auratam mitram et lonam auratam et super humerale et cetera quae supra memorata sunt. filii autem aaron super tunicas lineas cincti tantummodo et thiarati astabant sacrificio dei. Si forsitan quaerit et hoc. cui figura faciebat moyses. Si enim filii aaron pbros faciebant figuram. et aaron summum sacerdotem id est christum moyses eius. Indubitanter xpi et uere pontifex xpi quia fuit simultudo mediatoris dei. quia et unus deus et hominem ihc xpc. quia et uerus dux pplorum uerus princeps sacerdotum. et dns pontificum. cui est honor et gla in secla seclorum. amen.

HDCTEIVS DE PRIMOR

dis sacerdotalib' in uetri testamento in nouo autem testamento post xpm sacerdotalis ordo a petro cepit ipsi enim primum dat est pontificatus in ecclia xpi. Sic enim locutus ad eum dns. Tues inquit petrus et super hanc petram edificabo ecclia mea. et portae inferi non praualebit aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorum. Hi quidem ligandi soluendique potestatem primus accepit primusque ad fidem pplm uirtute sue predicationis adduxit. Si quidem et ceteri apli cum petro par consortium honoris et potestatis acceperunt quia et illa in toto orbe dispersi euangelium predicauerunt quibusque decedentibus successerunt epi qui constituti per totum mundum in sedibus aplorum quia non ex genere carnis et sanguinis eliguntur sicut primum secundum ordinem aaron. sed pro unum cuique merito quod in eum diuina clementia contulerit sicut illi ab heli dns pnuntiauit dicens. Haec dicit dns dis israel. Dixi domui tua et domui patris tui pmanebunt coram me usque in eternum. et nunc dicit dns nequaquam. sed glorificantes me glorificabo. quia qui me spernit spernetur. Quatuor enim sunt genera aplorum unum adeo tantum ut moyses. alterum phominem et deum ut iosue. tertium p hominem sicut his temporibus